

non exponit. **Q**ui rem sibi collatam celauerit sanctus
augustinus eū furri cēset in iudicio cōdēnādū. Nulla
eni res quam superior non dederit. aut pmiserit est li
cita proprium addicanti. **S**unt qui oblata sibi sed
prelato mox deferenda recipere licitum existimant s;
regulari priuato receptionem occultam nō dixeri eē
tutā. In comodādis pro cohabitantiū indigentia re
bus non est lex posita charitati. Possum rez fratri pe
tent exponere concedandā non tamen impendere vē
dicandā. Proinde fratres nouicii nullatenus sine li
centia nec a seiuicē neq; a fratre neq; a quocūq; ho
minem aliquā siue tabulas siue acum siue aliquo
quodlibet accipere aut dare attemptant aliqua ratio
ne. Sic nec litteras a se missas recipiant. aut aliquo
casu receptas aperiant que a portitore vel eo qui re
ceperit eas prius debent ad superiorem vel si superi
or ordinauerit ad eorū instructorem deferri. Sic nec
re alterius fratri vsui deputatam preter ipsius con
scientiam occupare licebit. **G**enus est furti et ple
rumq; turbationis occasio rem fratris vsui deditam
eo si adsit scio detinere. Potest fidelis seruus et pru
dens nonnulla pro loco et tempore facere de tacito vl
probabiliter presumptō superiorum assensu ad ipsuz
deniq; finaliter acta queq; per ausum huiusmodi re
laturus. De cetero quicquid religiosus boni facit aut
dicit quod suo non nouerit displicere prelato a vere
obedientie merito non fraudatur. Felix hec seruitus
immo gloriosa libertas qua quis sponte in regiā ven
ditus seruitutem deum et eius vicarios potius q̄ se
ipm super se regnare constituens sue proflus renun
ciat voluntati.

De presumptione tam in re q̄ in signo. **C**pm. v

133
Resumptionē interioꝝ et exteriorem summo-
pere fugiant. Interiorē vt sensum suum sensu
sui non preferant alioꝝ: nec de bonis a deo sibi col-
latis inani ter extollantur: ymo in tantum ceteris se
interiores et viliores ex intimo credāt affectu vt ue-
se aliquid esse existiment. Rempe secundū a postoloz
qui se existimat aliquid esse euz nichil sit ipse se sedu-
cit. Reminem spernant: neminem iudicent cum fre-
quenter humanum fallatur iudiciū. Et beato augu-
stino teste sepe species facti se aliter habet aliter an-
mus facientis pie de omnibus que occurrerint senti-
ant licet rei non intelligant rationem. Omnia pera-
uerse possunt peruertere mentes. Exterioris presū-
ptionis et superbie notā in omni actione sua gestu et
verbo summo studio fugiant que humilitatis sunt
in omnibus amplexantes. **P**reterea actōis pre-
sumptionis in officiis et in locis euent. **I**n offi-
ciis prelationis vel ordinis aut in aliis que aliquas
videntur superioritatem habere nichil sibi usurpent
Liber a culpa non est qui alienus usurpat officium.
Presente superiore vel alio fratre maiore q̄ ipsi
fuerint ordine constituto ad incipiendū extraordina-
rie officie ad benedicendū cibuz vel potum ad dan-
dum fratribus aquam benedictam vel ad alia hu-
iusmodi se nulla tenus ingerāt. **A**d diuinū quoq̄
officium nequa q̄ post sentores vel alios maioris ordi-
nis gradu promoti proprio legant iniectu quoniā
quidem nullus omnino in minori ordine constitut⁹
post alium maioris ordinis premitendus est lege-
re nisi necessitate cogente vel legentium in ordine per-
mutato vt in aliquibus festis fieri solet/ preterq̄ in
omelia quantum ad primam lectionez/ quā ratione

euangelii byaconus legere solet. **L**ectioes autē q̄ be
omelia supersunt non sunt ab alijs facile q̄ a sacer
dotibus presumende. **I**n choro pro; dissonātia for
te cantantium vel aliam huiusmodi causam manus
ad formam percutere in mensa ictu cultelli: vel quo
modolibet aliter signum cum sono facere ab eis tan
tummodo fiat quoz super defectibus chori vel men
se intendere spectat: nec huiusmodi facile debent ab
alijs usurpari. **V**ulta enim sunt superiorib; licita q̄
reprehensibiliter ab alijs presumerētur. **A**d huc
quia nouissimum est q̄ locū magister ipse humilitatis
hortatur locis semp nouissimis nouici gaudeāt. **E**t
nunq̄ in choro vel mensa seu alibi ad prima se inge
rāt loca. sed ad ea potius a deo caute ac sedula si va
luerint prouisione declinent vt vix ab alijs perpendā
tur. **A**lias omnino caueāt ne cōgregationis ordines
turbent et fiant inter alios pro tumultus occasione
notabiles. **C**auendum proinde ne dum vitatur pres
umptio inordinationis accedat confusio. **C**itāda ē
vbiq; disconuenientie nota maxime in cōgregatione
Locus verō superior ad quam necessitas vel supio
rum trahit inductio presumptionis vicium non idu
cit. **P**orro molesta est humilitas que contentioni de
seruit. **S**i quando iuxta superiorem: vel alios senio
res necessario sederint non se nimis applicent iuxta
eos. **J**uniori si quidem aliquam a seniore distanti
am reuerentie ritus inducit. **A**ntiquior autē frater
in ordine vel alius in officio preeminens licet etate
sit iunior: senior appellatur. **E**tas senectutis vita im
maculata. **P**resumptionem in gestu elatum caput
sublimiores oculi facies vultuosa declarant. **H**am
vt ait prosper. **E**recta serui et truces oculi: et sermo

134

terribilis nudam superbiam clamant. Sed quoniam per
 membrorum ministerium potest deprehendi, prima
 superbie ostentatio in oculis esse solet. Qui inclina
 uerit oculos suos ipse saluabitur. Secundum namque
 euangelium si oculus tuus fuerit simplex totus cor
 pus lucidum e contra si nequam totum tenebrosum. Pre
 sumptio etiam gestus in signis et nutibus frequen
 ter agnoscitur. ut exempli gratia. Si quis in choro
 vel alibi pro fratrum defectibus satirice nubilius vul
 tuo sitatis assumat vel leui cachio. id est risu vel mo
 tu capitis. oculorum circumlustratione. narium con
 tractione. labiorum compressione. vel alio quouisimo
 defectum fratris tacite arguat vel subsanet. si er
 ranre in choro vel in mensa lectore submuletet aut cir
 cumspectat. quasi eum defectus legentis non lateat. quod
 frequenter solent etiam minus docti. In locutione
 etiam notatur presumptio si quod dicitur non perti
 net ad dicentem. aut dicendi modus aliquis superbie
 ritus pretendat. aut pro loco tempore et personis fuerit a lo
 cutore cessandum. Propter primum humilis frater
 de aliis factis inquirens se nullatenus intromit
 tat. Alios fratres docere regere arguere vel eis alio
 quid imponere non presumat. quia hoc esset seniorum
 vel superiorum officium usurpare. Superbus autem ut ait
 sanctus Bernardus. prima die qua ingreditur habitare in
 ceteris leges dare. Potest tamen frater si super aliquo cum in
 stantia requirit perentibus super interrogata humiliter respon
 dere vel insinuare quod sentit. ita tamen ut contra resistentes
 dicta sua prinaciter nulla ratione defendat. Qui etiam alii su
 pioris mandatum insinuat super aliquo faciendo mandati
 auctoritatem cum humilitate proponat ne quod deusciat ipse
 imponere videatur. Si prius cogatur recomendare

officium nequaquam imperium imponentis vsurpet: sed
id suppleri a socijs obseruatione huius obtineat. Pre
sumptionem ergo cuitat prudens humilitas. Presu
mit tamen interdum humiliter viscerosa et prouida
charitas. In modo loquendi viciu[m] presumptionis
innuitur si illud quod dicitur tactat[er] impetuose cla
morose contentiose despectiue vel minus rigide pro
ponatur. Suauiter enim et humiliter est loquendum
Rursus qui loco tempore: vel qui loco silentii aut in
superiorum seniorum aut conuentus presentia non
comprimat linguam suam presumptuosus et intem
peratus merito iudicatur. **¶** Loqui tamen in medio
magnatorum non presumas. **¶** Sit sapiens. **¶** Et iterum
in medio seniorum non adicias loqui. **¶** Hoc precipue
intemperantie et presumptionis est nota si nouus
frater in ordine vel iunior quispiam seniore presente
sine ipsius nutu maxime coram extraneis loqui aut
respondere presumit. nisi ex officio vel commissio ha
beat paus loqui. **¶** Temperantis est ait prosper q[ue] pre
stamus loquēti seniori silentiu[m]. quod ip[s]us ad loquē
dum prestolamur imperium. **¶** In presētia vero conuē
tus nullum conuenit loqui sine requisito superioris
assensu nisi tū se accusando. vel ad interrogata a su
periori vel corrigenti ad mēsam breuiter et humili
ter respōdendo. **¶** Et vt breuiter voce facti bernar
di presumptuosum agnoscas Prius aut in conuētu
residet. **¶** In consilijs prius respondet nō vocatus ac
cedit non iussus se itromittit. **¶** Reordinat ordinata.
resicit facta. **¶** Vilem se sin on emineat estimans et hu
mitem esse inter alios erubescens. **¶** In locis et ceteris
que honorem redolen. si quibuslibet alijs pacifica
re contendit. **¶** Audax ipse ad quelibet sit frontuosus et

135

impedens quod est maximum viciu[m] in neophyro
et iuvene religionis confusio iuuenis presumptuo
sus et effrons. Reprehensibilis maxime in iuvene s[er]u
sumptio. quem magis humilitas stabilis: verecundia
ornat. vcnustat simplicitas: timor insignit et aptum
efficit discipline cuius initium est. **Qui sine timore
est non poterit iustificari.**

De irreuerentia.

Ca. vi

Ireuerentie deniq[ue] viciu[m] est humili dei seruo
vitandum cum scrip[er]um sit. **Cui honorem ho
nozem. Et honore inuicem preuenientes.** **Atten
ditur irreuerentia respectu personarum loci sacri et
temporis officii diuini et rerum eidem officio specta
liter ordinarum. De reuerentia prelati aut alijs
fratribus etatis: aut prioritatis: aut diuturnitatis i
ordine gratia sanctorum dicta patrum: et vera hu
militas que non solum prelati et senioribus: verum
etiam equalibus et inferioribus se spontanea subit
cit voluntate plenus docent: et eius oppositum de
testantur. Non senioribus tantum. immo et omnib[us]
honorem petrus apostolus sentiebat exhibendum.
Deferre humiliter socijs honorem charitatis est fra
terne fomentum cōscientie bone illustrisq[ue] animi cui
dens argumentum. **Vix nisi socio deferas cum ipso
proficies.** **Et precipue conuentui et superioribus de
ferendum. Conuentus quidem venerabilis: immo
terribilis vt castrorum acies christi ordinata. De su
perioze sapiens ait. In medio fratrum rector eorum
in honore Istis quanto maior est reuerentia exhibē
da tanto etiam maioris offense arguitur irreuerētia
circa ipsos. Sane cōmittēdo ⁊ obmittēdo irreuerētia****